



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Vitvs Martyr. 15. Iunii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

met. Cætera illius viri prodigia quis memoret? aquarum cursum stitit, amaro rem correxit, oleum auxit, lepram detersit, infœcundis conjugibus prolem dedit, orbis reddidit; genti suæ insignes victorias, eidem fame laboranti gratuitam annonam præbuit. Illud æternâ memoriam dignum, & identidem parum fidentibus Deo suggestendum. Obsesus à Syris, jamque pro desperato à familiari servulo defactus, paventem hoc promisso erexit: *Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quam cum illus.* Trepidanti nihilominus oculos prece aperuit, & diffusa toto monte auxilia ignitasque acies ostentavit. Hostibus vicissim suis offusâ oculis animisque caligine, tor pentibus ducem se obtulit, eoque deduxit, unde si jure in eos agere libuisse, pedem nunquam erant relaturi. Hoc tu robur animi pallio Eliæ imputabis. rectè: sed cur times, qui in baptismo IESVM Christum induisti? Ex 4. Regum.

## S. VITVS MARTYR. 15. Iunii.

Liberalius coelum Româ etiam pueris triumphum non negat. Certè VITVS adolescentulus duodecim annos natus plures jam tyrannos, eosque inter parentem triumphavit. Flagra enim primò Christianâ fortitudine concoxit, & poterant videri aërem

328      *Vita Sanctorum.*      15.IVN  
verberasse non VITVM tortores, nisi &  
his, & unà Valeriano Proconsuli ma-  
nus diriguisset. Restituit tamen hanc  
martyr tyranno, ne quem vinceret, de-  
cesset. Hinc aulâ est inclusus à mulier-  
culis, & ceteris illecebris instructâ, quò  
blandiore, hoc periculosiore scilicet car-  
cere. Sed prælianti Cœlites adfuere,  
rantâ luce corusci, ut lucem curiosi pa-  
rentis oculis eriperent. Et hos tamen,  
quò filium sæpius viñorem vel invitus  
videret, ingrato reddidit; ipse, atrociora  
patre supplicia meditante, Angelo re-  
mige usus, in alias terras trajecit. De-  
crevere nimirum cœli, ut Romæ etiam  
triumpharet hæc virtus. Huc itaque  
evocatus, è Diocletiani filio malum ho-  
spitem orcum pepulit; sed stipendia  
tulit vincula. Ad bestias deinde dam-  
natus, etiam has citius cicures, quām  
tyrannum reddidit. In ollas porro in-  
jectus, igne ac pice timendas præ ther-  
mis suis has Diocletiano laudavit. Ad  
extremum ex equuleo à genio tutelari  
ad ripas Silari alportatus, placidè inter  
umbras arboris animam viñricē cœlo  
transmisit, puer, si annos; senex, si triū-  
phos numeremus. Ex Surio.

S. LANDELINVS CONF.  
15.Iunii.

IN latrones incidisti, quisquis è bono-  
rum sodalitio in malorum contuber-  
niuum